tenebras et ambulemy in luce idem tenguy est. Vale Mi optime Isaace cum familiâ et Amicis; quos ey me saluta bis officiosè. Heidelbergæ Nonis Junii 1592.

217)

D. Davidi Pareo.

S. Reverende ac Doctissime Domine Parée. Accepi hisce nundinis Francofurtensibg literas ab Amico meo singulari D. Doctore Reidano, Ministro verbi Dei in Gundersheim: in quibg mihi significat, adfuisse te sibi superioribg diebg, seq; tibi tradidisse disputationem meam de Justificatione, quæ tibi admodum probetur. Addidit etiam me abs te amari, licèt de Rano nonnihil adverseris. Quæ quum ita sint, putavi me rem tibi gratam facturum, si literis apud te testatum facerem, me valde gaudere de consensu nostro, in præcipuo doctrinæ Christiand capite. Et ne suspiceris, me propter Logicam illam nostram dissensionem animum à te alienum gerere, placuit tibi mittere symbolam meæ erga te benevolentiæ, videlicet quartum analysium meam in Epistolas Pauli nuper editam: in cujus præfatione sententiam nostram de controversiâ illâ in justificationis doctrinâ, quæstione breviter expono. Te quâ velim, ne graveris tuum ad me judicium perscribere. Ego interim Deum oro, ut lucem veritatis in hâc doctrinæ parte magis magisq; dissipet sophismatum tenebris, apud orthodoxos Doctores accendat, ad gloriam nominis sui et Ecclesiæ ædificationem. Amen. Vale mi Parée et primâ quâq; occasione, nisi molestum erit, ad has literas rescribe. Herborn. 29. Martij. 1592.

Tuus
Johannes Piscator.

Clarissimo